

debet. Ascribitur enim imperatori, quod illius exercitus aut consecutus est boni, aut passus mal. Sic à Cæsare multa dicuntur cesa hominum millia, subversas urbes, subjugatas provincias, quia illo imperatore ac duce peracta

CAPUT XXII.

1. Locutus est autem David Domino verba carminis hujus in die quā liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum et de manu Saül;
2. Et ait: Dominus petra mea, et robur meum, et salvator meus.
3. Deus fortis meus, sperabo in eum; scutum meum, et cornu salutis meæ; elevatorem meus, et refugium meum: salvator meus, de iniquitate liberabis me.
4. Laudabilem invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.
5. Quia circumdederunt me contritiones mortis; torrentes Belial terruerunt me.
6. Funes inferni circumdederunt me; prævenerunt me laquei mortis.
7. In tribulatione meâ invocabo Dominum, et ad Deum meum clamabo: et exaudiet de templo suo vocem meam, et clamor meus veniet ad aures ejus.
8. Commota est et contremuit terra: fundamenta montium concussa sunt et conquassata, quoniam iratus est eis.
9. Ascendit fumus de naribus ejus, et ignis de ore ejus vorabit; carbones succensi sunt ab eo.
10. Inclinavit cœlos, et descendit; et caligo sub pedibus ejus.
11. Et ascendit super cherubim, et volavit; et lapsus est super pennas venti.
12. Posuit tenebras in circuitu suo latibulum, cribrans aquas de nubibus cœlorum.
13. Præ fulgore in conspectu ejus succensi sunt carbones ignis.
14. Tonabit de cœlo Dominus, et Excessus dabit vocem suam.
15. Misit sagittas, et dissipavit eos; fulgur, et consumpsit eos.
16. Et apparuerunt effusiones maris, et revelata sunt fundamenta orbis, ab increpatione Domini; ab inspiratione spiritus furoris ejus.
17. Misit de celso, et assumpit me, et extraxit me de aquis multis.

sunt. Sanè reges, ut est in proverbio, plurimas habent, et longas manus; quare quæ suorum manibus, eadem manibus regum administrari censentur.

CHAPITRE XXII.

1. Or David prononça les paroles de ce cantique à la louange du Seigneur, au jour où le Seigneur l'eut délivré de la main de tous ses ennemis, ainsi que de la main de Saül;
2. Et il dit: Le Seigneur est mon rocher, ma force, mon sauveur.
3. Il est mon Dieu fort, j'espérerai en lui; il est mon bouclier et la sûreté de mon salut; c'est lui qui m'élève si haut, et il est mon refuge. *Oui, mon sauveur, vous me délivrerez de l'iniquité de mes ennemis.*
4. J'invoquerai le Seigneur, si digne de louange, et je sera délivré de mes ennemis.
5. Car les douleurs de la mort m'ont environné, les torrents de Bézial m'ont épouvanté.
6. Les liens de l'enfer m'ont environné, et les filets de la mort m'ont enveloppé.
7. Dans mon affliction j'invoquerai le Seigneur, et je crierai vers mon Dieu, et il entendra ma voix de son temple, et mes cris parviendront jusqu'à ses oreilles.
8. La terre fut émue et elle trembla, les fondements des montagnes furent agités et ébranlés, parce que le Seigneur s'était fâché contre elles.
9. Une fumée s'éleva de ses narines; un feu dévorant sortit de sa bouche, et des charbons en furent allumés.
10. Il abaissa les cieux et il descendit, ayant un nuage sombre sous ses pieds.
11. Et il monta sur les chérubins, et il vola; il prit son vol sur les ailes des vents.
12. Il se cacha dans les ténèbres dont il s'est environné, et il fit distiller les eaux des nuées du ciel.
13. De l'éclair de sa face se sont allumés des charbons de feu.
14. Du haut du ciel le Seigneur tonnera; et le Très-Haut fera retentir sa voix.
15. Il lança ses flèches *contre ses ennemis*, et il les dispersa; ses foudres, et ils furent consumés.
16. Alors parurent les réservoirs de la mer, et les fondements du monde furent dévoilés par les menaces du Seigneur, par le souffle de l'esprit de sa fureur.
17. Il a étendu sa main d'en haut, et il m'a pris, et il m'a retiré des eaux immenses.

18. Liberavit me ab inimico meo potentissimo et ab his qui oderant me, quoniam robustiores me erant.
19. Prævenit me in die afflictionis meæ, et factus est Dominus firmamentum meum.
20. Et eduxit me in latitudinem; liberravit me, quia complacui ei.
21. Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, et secundum munditiam manuum mearum reddet mihi,
22. Quia custodivi vias Domini, et non egredi impiè à Deo meo;
23. Omnia enim judicia ejus in conspectu meo, et præcepta ejus non amovi à me.
24. Et ero perfectus cum eo, et custodiad me ab iniquitate meæ.
25. Et restituet mihi Dominus secundum justitiam meam et secundum munditiam manuum mearum, in conspectu oculorum suorum.
26. Cum sancto sanctus eris, et cum robusto perfectus.
27. Cum electo electus eris, et cum per verso perverteris:
28. Et populum pauperem salvum facies, oculisque tuis excelsos humiliabis.
29. Quia tu lucerna mea, Domine, et tu, Domine, illuminabis tenebras meas.
30. In te enim curram accinctus; in Deo meo transiliam murum.
31. Deus, immaculata via ejus; eloquium Domini igne examinatum; scutum est omnium sperantium in se.
32. Quis est Deus præter Dominum, et quis fortis præter Deum nostrum?
33. Deus, qui accinxit me fortitudine; et complanavit perfectam viam meam;
34. Coæquans pedes meos cervis, et super excelsa mea statuens me;
35. Docens manus meas ad prælium, et componens quasi arcum æreum brachia mea.
36. Dedisti mihi clypeum salutis tuæ; et mansuetudo tua multiplicavit me.
37. Dilatabis gressus meos subtus me; et non deficient tali mei.
38. Persequar inimicos meos, et contaram; et non convertar donec consumam eos.
39. Je les détruirai, et je les briserai pour

39. Consumam eos et confringam, ut non consurgant; eadent sub pedibus meis.

40. Accinxisti me fortitudine ad prælium; incurvasti resistentes mihi subtus me.

41. Inimicos meos dedisti mihi dorsum, odientes me, et disperdam eos.

42. Clamabunt, et non erit qui salvet; ad Dominum, et non exaudiet eos.

43. Delebo eos ut pulverem terræ; quasi lutum platearum comminuam eos atque confringam.

44. Salvabis me à contradictionibus populi mei; custodies me in caput gentium: populus quem ignoro serviet mihi.

45. Filii alieni resistent mihi: auditu auris obedient mihi.

46. Filii alieni defluxerunt, et contrahentur in angustiis suis.

47. Vivit Dominus, et benedictus Deus meus! et exaltabitur Deus fortis salutis meæ.

48. Deus, qui das vindictas mihi, et dejectis populos sub me,

49. Qui educis me ab inimicis meis, et à resistentibus mihi elevas me, à viro iniquo liberabis me.

50. Propterea confitebor tibi, Domine, in gentibus, et nomini tuo cantabo:

51. Magnificans salutes regis sui, et faciens misericordiam Christo suo David et semini ejus in sempiternum.

PARAPHRASIS.

1. In die, quæ liberatus est David ab omnibus inimicis, et à Saûle præcipue, qui ipsum diutius, quæ alii, atque obstinati insecutus est, hoc cecinit in salutis suæ custodem, et vindicem, gratulatorium canticum, dixitque: — 2. Dominus mihi perfugium est multò securius, atque sublimius, quæ quod in saxorum latebris parare sibi solent, quos hostium insectatur obstinata crudelitas. Ille mihi robur est, et secura salus, à quo id habeo, ut robustus fuerim, et ab inimicorum armatis insidiis incolumis evaserim. — 3. Spes tota mihi in Deo collocata est, quia illam tantum fortitudinem habeo, quam Deus mihi propitius largitus est. Ille mihi ad repellenda inimicorum tela clypeus; ille mihi ad pugnandum invicta fortitudo, et victoriarum auctor; ille me à periculis servat; ille me in tribulatione supplicem patronus excipit non gravat; ille me cadentem, et deficientem erigit; ille me ab his, quos iniquitas instigat, et odium, et ab omni liberat infortunio, quod improborum meditatur invidia. — 4. Invocabo igitur, laudaboque Dominum, æternâ commendatione dignum, quia ad omnium me inimicorum aut manifestis armis, aut occultis insidiis præstítit incolumem. — 5. Fuit tempus cum sic eram ab hoste ab omni latere angustè conclusus, ut nihil esset proprius, quæ ut mortem subirem; cum hostes qui divinum aut ignorarent, aut à cervicibus exussissent jugum, instar torrentis, qui præcipiti decurrunt impetu, in novum exitium raperentur. — 6. Sicut à venatore feris funes obtenduntur, in quos ubi se primum induerint, conficiuntur venabulo, sic ab hostibus

qu'ils ne se relèvent plus; ils tomberont sous mes pieds.

40. Vous m'avez revêtu de force pour le combat, vous avez fait plier sous moi ceux qui s'opposaient à moi.

41. Vous avez fait fuir devant moi mes ennemis, ceux qui me haïsaient, et je les exterminerai.

42. Ils crieront, et nul ne les sauvera; ils crieront au Seigneur, et le Seigneur ne les exaucera point.

43. Je les dissiperaï comme la poussière de la terre; je les écraserai, et je les réduirai en poussière comme la boue des rues.

44. Vous me délivrerez des contradictions de mon peuple; vous me conserverez pour être le chef des nations; un peuple que j'ignore me servira.

45. Des enfants étrangers me résisteront: ils m'obéiront dès qu'ils entendent ma voix.

46. Les enfants étrangers se sont écoulés, et ils se resserreront dans leurs retraites étroites.

47. Vive le Seigneur! et que mon Dieu soit bénî! que le Dieu fort de mon salut soit glorifié!

48. C'est vous, ô Dieu, qui me vengez, et qui abattez les peuples sous moi;

49. Qui me délivrez de mes ennemis, qui m'élevez au-dessus de ceux qui me résistent; vous me sauverez de l'homme injuste.

50. C'est pourquoi je vous rendrai, Seigneur, des actions de grâces au milieu des nations, et je chanterai des cantiques en l'honneur de votre nom,

51. Vous qui signalez votre grandeur en sauvant le roi que vous avez choisi, qui faites miséricorde à David, votre oint, et à sa race dans toute l'éternité.

parati sunt laquei, et insidiae quoquò versùs instructæ, ex quibus à morte nullum apparebat effugium. — 7. Quare cùm tam propitium habuerim à Domino, et paratum auxilium, supplices ad illum dolendi materiam, et lugendi afferat: et exaudiens, sat scio, de cœlo supplicantis vocem, neque clamoribus de tribulatione sollicitis, aut aures negabit faciles, aut benevolum animum. — 8. Sicut olim in Ægypto, cùm parentes nostri durum Pharaonis paterentur imperium, et postea cùm in soliditudine morarentur, toto illo tractu, et deinde cùm expulsis Chananæis Israelitidem gentem in promissæ terræ possessionem induxit, sic commovit, atque concussit terram, ut montes ab ipsis fundamentis convelli viderentur (quæ sanè magna fuerunt, et proverbiale in modum usurpata prodiga), sic etiam cùm in hostes meos, quos sie intueri, tanquam in Chananæos, et Ægyptios videbare, commovisti terram, et in eorum exitium sublunarem plagam cœlo miscuisti. — 9. Eo in hostes Deus injectus est furore, ut ex naribus efflari sumus, et ex ore, atque oculis voraces emicare flammæ viderentur. Neque aliter hostes ab hoc incendio metaphorico consumpti sunt, quam à vero, et proprio arida materies, quæ in carbones, et cineres redacta est. — 10. Eam vim fulminum in hostes Deus ejaculatus est, sic tonuit horribiliter, sic increbrescente fulgere scintillavit è nubibus, ut totum in terram cœlum inclinare, atque adeò devolvere videri potuerit. Cujus pedibus caliginosa suberat nubes, ex quâ tot illa divini furoris tela in hostile caput emicabant. — 11. Quemadmodum in tabernaculo Deus super Cherubinos sedere existimatur, sic etiam in nubibus, quasi in regio vehiculo innixus super ventorum pennas omnes latè regiones momento temporis percurrit, et lustrat. — 12. Sicut ex suo prætorio castrense negotium duces moderantur, et militum curas, stationes disponunt; sic Deus nubium tenebris, quasi latibulo quadam circumfusus, ex suo veluti prætorio, ad varias expeditiones ac pugnas suos emittit milites, fulmina videlicet, grandinem, et fulgura, magnam denique vim aquarum, quæ non aliter ex nubibus cadunt, quam exulta grana, quæ labuntur è cibro. — 13. In conspectu Domini, et ab ejus imperio, quasi bellatorum ordinatum agmen, grandines, et fulmina, quæ non aliter scintillabant, quam ardentes prunaæ, disciderunt nubes, in quarum sinu invita claudebantur, et inde cum fragore ac strepitu in peccatorum exitium eruperunt. — 14. Intonuit enim de cœlo Dominus, quasi classicum caneret militare, emisitque vocem suam, tonitru videlicet, quod ciet nubes à fulmine divisa. — 15. Misit sagittam in modum tanquam à benè curvato arcu, emissiones fulgetrarum, fulminum, et cometarum discurrentia jacula, quibus adversantium inimicorum acies dissipavit, et perdidit. — 16. In illâ autem inimicorum meorum vastatione, et clade, intervenisse videntur inundantes aquarum moles, quæ antiquis Noe seculis oppleverunt, et evertent terram. Nam ex quâdam abyso metaphorica, seu immensa terrarum voragine ea vis aquarum erupit, ut mare quoddam vastum in latum hunc mundum videretur effusum. Ut autem tunc fundamenta terræ, ad quæ depresso erat, abyssi illius profundissimus sinus, qui non longè aberat à centro, revelata sunt ab irato Deo, cùm ad illud usque tempus in abditis terræ visceribus latuiscent, sic nunc à divini furoris inflammato spiritu, inimici mei inundatione non dissimili perierunt.

— 17. Longè aliter accedit mihi à divina benignitate, quæ me in omnibus amanter amplexa est. Cùm enim in meum exitium omnia conjurasse viderentur, non passus est me ab immanibus illis aquarum inundationibus absorberi: porrexit enim de cœlo paternam manum, quæ me à tot ingraventibus periculis eripuit. — 18. Liberavit me primùm à Saûle hoste potentissimo, qui diu me, et obstinato insectabatur animo; et ab aliis non paucis, quorum majus erat robur, atque potentia, quam ut à me sustineri, nedum superari commodè potuerint. — 19. Prævenit me prius maturo consilio hostis importunus, armis, odiisque terribilis, ut me securum, et imparatum oppimeret. Sed cùm ego, utpote infirmus, et tot copiis et viribus longè impar; ex objectis undique periculis expediiri non possem, à Deo, tamen, qui mihi auxilio, ac firmamento fuit, liberatus sum. — 20. Sed cùm arctè premeret ab hoste, qui sanguinem meum exorberet cupiebat, et in angustum locum essem adductus, in latitudinem tamen ex angustiis emersi, cùm liberum jam spiritum haurire potui, et lucem intueri sine metu. Eius tamen benevolentia, si qua potest assignari causa, illa est, quia Deus in me sibi complacuit, eò quod nihil habui aut maius, aut prius, quam ut me totum ad illius voluntatem attemperarem. — 21. Atque ideo Deus reddidit mihi, quod mea mihi justitia, et manuum explorata puritas exigebat, quæ à justitiae legibus non abhoruerunt, quas servavi nudas à rapinis, et ab omnium scelerum fœditate continui. — 22. Quia exactè quæ tradita sunt à Deo mandata servavi, neque religione prodiit per impietatem à Domino recessi. — 23. Observabant enim ante oculos meos divina iudicia, quorum olivisci neque volui, neque poteram, neque me ab

illius præceptorum observantia subdusi. — 24. Et habui Deum ubique præsentem, et ad illius oculos omnia studiorum meorum momenta composui, atque ideò oculos nunquam ab illius præceptorum custodiâ dimovi. — 25. Hac Deus liberalitate, hâc tam paternâ providentiâ compensavit justitiam, quam ego semper incorruptam colui; et manus, quibus nihil adhæsit à rapinâ, atque oculos, à quibus Deus nunquam absuit, in cuius conspectu omnia mea studia atque consilia moderatus sum. — 26. Longo jam, ô Domine, experimento cognovi, talem esse te in homines, quales homines se ad te, tuaque mandata præstiterint. Sanctis sanetatem, venerationemque consilia, quam negas irreligiosis, et profanis: et cum his qui in alios clementi fuerint, ac beneficio animo, beneficium te exhibes, et misericordem. Et si quis in benefaciendo constans inventus fuerit, et robustus, constantem quoque te inveniet in misericordiâ, donec opus suum ad exitum fuisse, perfectionemque deducat. — 27. In præstantes homines, qui supra cæteros excellunt, excellentem quoque, ô Deus, mensuram habebis, quâ illorum electo, atque præcipuo modo merita compenses. Quod si quis rationis, atque naturæ legem, ordinemque pervertat, Deus quoque in ipsum aliquo etiam modo pervertetur, dum à seipso quodammodo deficit, et ingenium mutat, quod cùm pronum sit ad misericordiam, ad sumendam tamen vindictam inflammatur. — 28. Atque ideò populum inopem, à quo abesse non solet humilitas, servas, et extollis; illum verò, qui superbos spiritus, vel uno tantum oculorum conjectu deprimis, et humilias. — 29. Tu, Domine, luceris meam, quam inimicorum obstinata crudelitas penè jam extinxerat, accendi, reddidistique vitam, quæ instar obtinebat mortis, verè vitalem; et quid in rebus dubiis mihi futurum esset ex usu, quasi prælatâ face docuisti. — 30. Quare, ô Domine, cùm te favente, atque auspice, infirma sit, et futuus humana omnis, et adversaria potestas; neque ulla sit tanta infirmitas, quæ divino confirmata robore non expugnet, quæ minimè convelli ab humana potentia videbantur; accingam me armis, et, quod in re bellicâ difficillum est, per muros assultu superatos, et per medios inimicorum cuneos ad intima civitatis loca penetrabo. — 31. Et cur non audeam quidvis, auctore atque aspirante Deo? cùm Deus fidelis sit, et constans in promissis, cuius agendi modus immaculatus est, quique nihil habet simulatum et fallax. Cujus verbum sive promittat, sive præcipiat aliquid, purum est, et sine ullo simulationis fuso; sicut in auro examinato septies nihil ab omni terrenâ concretione relinquitur. Et quidem verbum istud tam fidele, ac potens, instar est scuti illis qui spem suam in Dei tam securâ, ac firmâ promissione collocaerunt. — 32. Hic unus verus est Deus, in quo fidelis est promissio, et potens facultas, ut homines à periculis expediatur. Illi verò, quos illusa colit gentilitas, qui nihil horum præstare possunt, quâ longissimè absunt à divino nomine! — 33. Hic, inquam, verus est Deus, qui animum confirmat, armatque virtute, et corpus adversus inimicorum jacula communis, quia complanatâ jam viâ, omnia prorsus submovet impedimenta. — 34. Hic mihi pedes dedit usque adeò veloces ac leves, ut cum cervorum perniciitate conferri possint. Ad loca denique excelsa securum sustulit, ad quæ neque ascendere, neque aspirare solet, aut potest inimica vis. — 35. Ille me disciplinam docuit militarem, ne manus haberem indoctas, aut inertes in militari congressu; et tantam dedit brachio firmitatem et robur, ad torquendam hastam, aut lapiam ex fundâ, quantam habet arcus formatus è chalybe ad sagittarum emissiones. — 36. A te, Domine, tanquam à salutari clypeo salutem obtinui, quod non tam meis meritis, quâ mansuetudini tue totum ascribo; quæ mihi vitam multiplicavit, et regnum, cùm jure perquâm optimo utrumque propter peccatum meum amittere potuerim. — 37. Cùm in locis agerem prærupuis, et angustis, in quibus neque liberè, neque tutò, ut maximè cuperem, spatiari possem, tu tamen fecisti, ut hoste submoto ex angustiis illis spatiis securus confugerem, et in illis incessu facilis deambularem locis, in quibus neque offendarent, neque lassarentur pedes. — 38. Persequar igitur inimicos meos, hoc adjutore, atque auspice, ab illorum insectatione quiescam, donec omnes ad unum denique conficiam. — 39. Conficiam eos, atque ita confringam, et conteram, ut illorum nullo modo possit instaurari ruina; qui ita ad pedes meos collisi cadent, ut illorum cervices impunitè pedibus conculcent. — 40. Id verò ideò mihi spe firmâ ac certâ futurum esse polliceor, quia abs te accepi arma, utique victoria, quibus mihi dexteram invictam, et fortitudinem ad bella tribuisti. Auget autem hanc mihi confidentiam, quia video eos, qui mihi prius pertinaci bello repugnârunt, demissio jam capite, et inflexâ cervice, ad pedes meos supplices accidisse. — 41. Subjecisti mihi, Domine, inimicorum meorum incurvata atque substrata dorsa, quæ pro meo arbitratu aut onerare sarcinis, aut cæderem flagellis. Quare omnes, qui odio me prosecuntur hostili, facili negotio disperdam. — 42. Tunc illi, qui ex Israelitide gente persecuti me fuerunt, clamaverunt ad te,

sed planè frustra; nec enim illorum preces miseratus exaudisti, neque ullus fuit illis subsidio, qui aliquid afferret opis ad salutem. — 43. Quid igitur impedit, cùm divinus à me stet favor, quin inimicos meos ita deleam, ut in pulveris similitudinem comminuam, et ita jaceant illorum vilia, et inhumata cadavera, sicut lutum, quod ab hominum frequenti conventu calcatur atque subigitur in plateis? — 44. Sumpserunt quidem arma contra me ex meo populo, ac genere copiæ non infrequentes, à quibus me incolumem, imò et superiorē præstisti; et cùm bellum externis, gentilicisque populis inferrem, non solum perfecisti, ut nihil ab illis paterer salutis dignitatique contrarium, sed ut illos ditionis meæ, voluntatique submitterem. — 45. Qui licet alieni à me non erant generis communione, toti tamen studiis et castris aberant à me, et intestinis me bellis insequebantur; sed tamen iidem eò adducti sunt, ut postea mihi omni studio et alacritate lubentes obsequantur. — 46. Illi viri non tam alieni, quâ alienati à me. Jam fracti et animo, et viribus, et in angustias redacti, ex quibus, ut ipsi erat in votis, emergere non poterant, contraxerunt, deposueruntque spiritus ante minaces, quos inani ostentatione jactaverant. — 47. Exaltabitur à me in æternum Deus, qui vivus est (non sicut illi, quas delusa fingit, colitque gentilitas, qui neque spirant, neque sentiunt, quicunque æternâ est laude, ac benedictione dignus, à cuius benevolâ, atque favente fortitudine habeo, ut salvus, et felix cum gaudio, et dignitate vivam). — 48. Exaltaberis à me in æternum, Deus, qui mihi virtutem inseris, et audaciam, ut populos sternam, meæque subjectionem potestati, et ultricem cum illis conseram dexteram cum successu fortunato ac facili. — 49. Qui non solum me ab hostibus, virisque perversis incolumem, sed etiam superiorē præstisti. — 50. Propterea enitar, quoad maximè potero, ut concinnandis, pangendisque carminibus gentes etiam externæ divinæ majestatis gloriam agnoscant. — 51. Quid mirum, si in divinas laudes me totum impendam, quando ille tot mihi, quem suum sibi regem esse voluit, ab hostibus victories concessit, tot me beneficiis ab animo misericorde profectis prosecutus est, quem prius legitimâ quâdam unctione Israelitico populo præposuit, quod nomen Davidico generi voluit esse perpetuum!

COMMENTARIUM.

VERS. 4.— LOCUTUS EST AUTEM DAVID DOMINO VERBA CARMINIS HUJUS, IN DIE QUÀ LIBERAVIT EUM DOMINUS DE MANU OMNIVM INIMICORVM SUORVM, ET DE MANU SAUL (1). Hunc psalmum videtur cecinisse David postquam bella ubicumque terrarum considererunt. Quod non obscurè indicat titulus psalmo præfixus. Est autem verisimile, cùm nactus esset quietem et otium, totum illud tempus, quod in adornando exercitu, et conscribendo milite posuerat, ad divinas laudes et componendos psalmos transtulisse. Editos esse ante hoc tempus non paucos, tituli ipsi psalmorum non obscurè docent. Sed esse plerosque editos cùm à bellis, et aliis reipublicæ componendæ studiis cessatum fuit, nonnullum argumentum est, quod hic psalmus in Psalte-

rio decimum septimum obtinet locum. Dixi non nullum hoc argumentum esse, quia non admodum urget; videmus enim aliquot psalmos, qui post hunc sequuntur de rebus ante gestis titulos habere præfixos; quales sunt 28, 29, 33, 50, 51, 52, 55, 56, 59, 62; fieri tamen potuit ut quæ prius gesta fuerant, posterius fuerint à Davide conscripta, et mandata psalmis, quod faciunt sàpè prophetæ, et unus Jeremias plus satis nobis exemplorum suppeditat, nihil deest. Quare fieri etiam potuit, ut quæ ab hoc psalmo ad finem usque Psalterii continetur, ab hoc tempore, in extremâ nimirûm Davidis ætate, conscripta sint. Hoc certum est ex titulo, jam ab hoste vicino nullum Davidi instructum esse prælium; dicitur enim hoc à Davide compositum esse carmen, quando ab omnibus inimicis liberatus est.

In hoc titulo aliquid occurrit observatione dignum; nam cùm inimicorum omnium Davidis præcessisset manus, frustra videbatur deinde Saülis additum esse nomen, cùm illud prius in illo universal signo foret inclusum. Sed est hoc tam in sacris, quâ in profanis scriptoribus usitatum, ut si quid in aliquo genere plurimè excellat, seorsum post communem notam nominetur. Sic Actor. 1, Beata Virgo seorsum ab aliis numeratur, cùm etiam esset universal signo cum aliis comprehensa.

(Sacy.)

(1) Quand le Seigneur eut délivré David de la main de tous ses ennemis et de la main de Saul, il prononça ce cantique à sa louange. Après que l'Ecriture nous a représenté les combats et les victoires de David, elle nous marque ici de quelle manière il en rendait grâces à Dieu par de saints cantiques. Son cœur paraît dans ses paroles. Ce sont des étincelles du feu dont il brûle. Il s'écrie, comme transporté hors de lui-même : Que le Seigneur est son rocher; qu'il est sa force, qu'il est son soutien, son bouclier, et l'appui de son salut. Il diversifie ainsi les expressions, pour faire voir que ce qu'il dit est beaucoup au dessous de ce qu'il conçoit, et que sa langue ne peut égaler les mouvements de son cœur.